

N. VVINCKELRIED TVS HELVETIVS.



V Vinckelriedtus ille apud Vnderuualdēses in Heluetia natus & educatus fuit. Is magna fortitudine animi & corporis erat præditus, atq; suis uirtutibus magnam autoritatem nactus erat. Cum autem eius tempore anno 1386 poteris Austriae dux Leopoldus Heluetiorum hostis magno exercitu Heluetiorum ditionem ingrederetur, atq; presidiarios eorū milites in oppido Sempach tollere studeret, Heluetij Lucernates, Vranieneses, Suitenses, & Vnderuualdenses, qui hactenus Tiguri in praesidio fuerant, alijs sibi adiunctis, magno animo 9 die Iulij hosti obuiā profecti sunt. Erat Leopoldi acies, quæ ex optima eius nobilitate constabat, armorum splendore formidabilis, atq; arcta coniunctione firmissima. Nobiles enim equis remotis pedes pugnare statuerant. Itaque prælio acerrimo initio muliti Heluetiorum initio cadebant, atq; horrenda clades timebatur.